

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16

[S.l.], [11. Jh.]

Leo papa: in epiphania sermo

[urn:nbn:de:bsz:31-6697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6697)

56ⁿ
quidem cultus. circumcisiōe
fieri legimus. p̄. et̄ra aū. erat
x̄pc̄. cuius fide. spe. & carita
te. non solum in baptisate
sed in omni prorsus actione
deuota purificantur corda
bonorum. Quae & ipsa cot
tidiana n̄ra circumcisio. idē
continua cordis mundatio
semp̄ octauū diei sacram̄tū
celebrare non desistit.
Quia nos in exemplum domi
nicae resurrectionis quae oc
taua die. id est post septimā
sabbati facta est. sc̄ificare con
suevit. Ut quomodo surrex̄
x̄pc̄ a mortuis per gloriam
patris. ita et nos in nouitate
uitae ambulemus. prestante
d̄no qui uiuit et regnat. In
sc̄l̄a sc̄l̄orum amen. hu

INEPIPHANA.
SERMO BEATI LEONIS PP.



PROXIME
die quo intemerata uirgi
nitas humani generis edidit
saluatorem. epiphaniae no
bis dilectissimi ueneranda
festiuitas. dat perseueranti
am gaudiorum. Ut inter
cognatarum sollempnitatu
uicina sacramenta. exulta
tionis uigor. et feruor fidei
non tepescat. Ad omnium
enim hominum spectat sa
lutem. quod infanciam medi
atoris di et hominum iam
uniuerso declarabatur mun
do. cum adhuc exiguo deca
neretur oppidulo. Quāuis
enim israheliticam gentem
et ipsius gentis unam famili
am delegisset. de qua natura

uniuersae humanitatis assu-
meret. noluit tamen intra
maternae habitationis angu-
stias. ortus sui latere primor-
dia. Sed mox ab omnibus uo-
luit agnosci. qui dignatus e-
omnibus nasci. Tribus igitur
magis in regione orientis.
stella nouae claritatis ap-
paruit. quae illustrior cete-
ris pulchriorq. sideribus. faci-
le in se intuentium oculos.
animosq. conuerteret. Ut
confestim aduerteretur non
esse otiosum. quod tam in-
solutum uidebatur. Dedit er-
go aspicientibus. intellectum
qui praestitit signum. Et
quod fecit intellegi. fecit in-
quiri. et se inueniendum op-
tulit requisitus. Secuntur
tres uiri superni luminis
ductum. & praeui fulgoris
indicium. Intenta contem-

platione comitantes. ad agni-
tionem ueritatis. gratiae splen-
dore ducuntur. Qui humano
sensu significatum sibi regis
ortum. aestimauerunt. In ci-
uitate regia esse quaerendum.
Sed qui serui susceperat formam
et non iudicare uenerat sed
iudicari. bethleem prae ele-
git natiuitati. hierosolimam
passioni. Herodes uero au-
diens iudaeorum principem
natum. successorem suspi-
tus expauit. et molitus necesse
salutis auctori. falsum spon-
det obsequium. Quam felix
foret. si magorum imitare-
tur fidem. et conuerteret ad
religionem quod dispone-
bat ad fraudem. O caeca
stultae aemulationis impi-
etas. quae perturbandum
putas. diuinum tuo furore
consilium. Dominus mundi tem-

*Tu autem qui ad salutem gentium. ostu noui sideris magis
infulsisti miser.*

porale non quaerit regnum
qui prestat aeternum. Quid
incommutabilem dispositarū
rerum ordinem uertere. & a
liorum facinus praecoccupare
conaris. Mors xpi non est
temporis tui. Ante condendū
est euangelium. ante praedi
candum est dī regnum. ante
sanitates donandae. ante
facienda miracula. Cur quod
alieni futurum est operis. tui
uis esse criminis. Et non ha
biturus effectum sceleris. In so
lum te reatum precipitas uo
luntatis. Nihil hac molitio
ne pficis. nihil peragis. Qui
uoluntate natus est. arbitrii
sui potestate morietur. Con
summant ergo magi desideri
um suum. & ad puerum dnm
ihm xpm. eadem stella praee
unte perueniunt. Adorant
in carne uerbum. In infantia sa

pietiam. in infirmitate uir
tutem. et in hominis uerita
te dnm maiestatis. Utq. sacra
mentum fidei suae. intellegen
tiaeq. manifestent. quod cor
dibus credunt. muneribus p
testantur. Ius dō. myrram
homini. aurum offerunt regi.
Scienter humanam diuinamq.
naturam in unitate ueneran
tes. quia quod erat in substan
tia proprium. non erat in po
testate diuersum. Reuersis
aut magis in regionem suam.
et translato ihu in aegyptū
ex ammonitione diuina. exar
descit frustrata in meditatio
nibus suis herodis insania.
necario om̄s bechleē paruulos
lubet. Et quō quē metuat
nescit infantem. generalem
saecutiam insuspectam sibi
tendit aetatem. Sed quos
rex impius eximit mundo.

Xpc̄ inserit caelo. Et quibus
 nondum sanguinis sui impen-
 dit redemptionem. iam mar-
 tyri tribuit dignitatem.
 Erigite ergo dilectissimi fideles
 animos. & coruscantem gratiā
 luminis sempiterni. & impensa
 humanae salutis sacramenta
 uenerantes. studium ur̄m. his
 quae p̄ uobis gesta sunt subdite.
 Diligite castimoniae puritatē.
 quia xpc̄ uirginitatis est filius.
 Abstinetē uos acarnalibus deside-
 riis. quae militant aduersus
 animam. quem admodum nos
 praesens beatus apostolus suus
 ut legimus uerbis hortatur.
 Malicia paruuli estote. quia
 dn̄s gloriae. mortalium se con-
 formauit infantiae. Secca-
 mini humilitatem. quam dī
 filius discipulos suos docere
 dignatus est. Induite uos uir-
 tute patientiae. In qua ani-

mas ur̄as possitis adquirere.
 Quō qui cunctorum est redem-
 ptio. ipse est omnium fortitudo.
 Quae sursum sunt sapite. non que
 super terram. Per uiam ueri-
 tatis et uitae. constanter ince-
 dite. nec uos impediāt terre-
 na. quib. parata sunt celestia.
 Per xpm̄ dn̄m nr̄m qui uiuit
 et regnat in sc̄la sc̄lorum am̄.

LI. CUIUS. SUP.
GAUDETE
 IN DNO DILECTIS

simi. iterum dico gaudete.
 Quoniam breui interuallo tempo-
 ris post sollempnitatem natiui-
 tatis xpi festiuitas declaratio-
 nis eius illuxit. et quē in illo
 die uirgo peperit. in hoc mun-
 dus agnouit. Uerbum enim
 caro factum. sic susceptionis nr̄e
 temperauit exordia. ut ih̄c
 natus & credentibus manife-